



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Ortv Et Progressv Ac Viris Illvstribvs Ordinis  
Gloriosissimæ Dei Genitricis, semper Virginis Mariæ de  
monte Carmelo**

**Trithemius, Johannes**

**Coloniae Agrippinae, 1643**

Cap. IV. Elenchus monasteriorum à S. Theresia, alijsq[ue] postea  
excitatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64495)

Prælati, nec non quibuscunque in dignitate Ecclesiastica constituti per Apostolica scripta mandamus, &c. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die vigesima Septembris, millesimo, quingentesimo octogesimo sexto, Pontificatus nostri anno secundo.

CAPVT IV.

*Elenchus monasteriorum à B. TERESA, alijsq; postea excitatorum.*

CVM de primæua regula, quam *Albertus Patriarcha Ierosolymitanus* concinnauit, deq; seuerioris vitæ disciplina in usum reuocanda, B. TERESA firmiter statuisset: primum, vt dixi, monasterium, in *D. Iosephi* honorem, ipsa *Abula Auila* excitauit: vestisque sacra virginibus quatuor anno 1562. primo data. Hoc institutum non modò *Ioan. Bap. Rubens* Rauennas, Carmelitarum Præfectus generalis, sed & *Pius IV.* Pont. Max. diplomate c. 10. 1565. edito adprobauit. Quorum auctoritate permota B. TERESA de alijs alibi cœnobijs instituendis seriò cogitauit.

2. Secundum itaque monasterium *Methymna Medina Campi*, nobilissimæ matronæ *Helena Quiroga opi-del Campo* bus, MDLXVII. est institutum. 1567.

3. Cœnobium *Malagonense* anno proximè insequenti *Ludouica de la Cerda*, N. *Methymnæ cæli Ducis* soror, inchoauit. 1568.

4. Eodem anno, ad muros vrbis *Vallisoletana, Valladolid* infundo *V. N. Bernardini Mendozæ*, monasterium, 1568. *Conceptionis B. Mariæ Carmelitana* titulo, excitatur: inde ad locum commodiorem, *Maria Mendozæ* (erat ea coniux magni, vt vocant, *Commendatoris Cobos*) liberalitate, anno c. 10. 1569. ipso S. Blasij die, translatum.

5. Anno MDLXIX. *Toleti*, quæ vrbs est Hispaniæ *Toledo* nobilissima, alienis ædibus pretio conductis, ipsa 1569.

B. TE-

- B. TERESA monasterij fundamenta iecit. Virginis fiducia piorum mox hominum beneficentia adfuit ac subuenit: Deo nimirum probante & adiutante.
- Pastrana.** 6. Eodem anno VII. Idus Iulias, *Pastrana* (oppidum id est Ducalibus insignibus decoratum) cœnobium fundatur: quod, monialibus aliò traductis, postea desijt.
- Salamãca** 7. *Salmantica*, vrbe ob Academiam omniumq; disciplinarum studia nobili, eo ipso anno, Kalendis Nouembribus, sedem Teresanae fixerunt.
- Alua de Tormes.** 8. *Alba*, quod oppidum Ducatus pariter titulo gloriatur, *Franciscus Velasquius*, Ferdinandi Tolerani Ducis Albani Thesaurarius, eiusque coniux *Teresa Laiza*, monasterium in honorem *B. Virginis Annuntiate*, cl. MDLXXI. mensis Ianuarij die XX. instituerunt: proprijs ædibus eum in vsum adaptatis.
- Segouia.** 9. *Segobia*, quod oppidum est panificio apud Hispanos celebre, ipso S. Iosephi die, in eiusdem Diui honorem MDLXXIII. monasterium fundatur.
- Veas.** 10. In Baticæ siue Andalusie finibus, in oppido *Veas*, nobiles virgines *Catharina & Maria*, *Sanctij Roderici Sandoualli* filia, cœnobium MDLXXIV. suo sumptu exstruendum curarunt, & ceteris sese monialibus, sumptâ veste sacra, adgregarunt.
- Seuilla.** 11. *Hispalim*, urbem mercatu clarissimam virgines Teresanae MDLXXV. incolere cœperunt. Cumq; locus religiosa vitæ minus commodus primum obrigisset, inde in commodiorem MDLXXXVI. migrarunt: optimi viri *Petri Ceresi Pardo* liberalitate adiutæ.
- Carauaca** 12. Cœnobium *Carauaca*, trium virginum nobilium munificentia, MDLXXV. ædificari cœptum, anno sequenti, ipsis Kalendis dicatum est atque consecratum.
- Palenca.** 13. *Palentiam* huius instituti moniales MDLXXX. primum venere; sed anno demum sequenti ad basilicam *B. Mariae de la Calle* (in qua hodieq; resident) migrarunt.

14. Monasterium in *Noua-villa de la Xara Noua-*  
MDLXXX. Februarij die XXI. institutum : quo die *villa de*  
nouem virgines piæ vitam cœnobiticam sunt am- *la Xara.*  
plexæ. 1580.

15. Anno MDLXXXI. *Soria*, in diœcesi Osinensi, *Soria.*  
nobilissimæ matronæ *Beatricis Viamontia* opibus, 1581.  
cœnobium in honorem *S. Elisei* propheta exædifi-  
catum est: *N. Velasquio* tunc Osinensi Episcopo,  
pòst *Compottellæ*, ad *D. Iacobi*, Archiepiscopo  
procurante.

16. Eodem ipso anno *Granatenses* huius ordinis *Granada.*  
virgines ad se euocarunt : quibus vt gratificaretur 1581.  
*B. TERESA*, sodalem suam *M. Annam de Iesu* eò  
misit, cœnobio excitando.

17. *Burgis* MDLXXXII. in honorem *S. Annæ &* *Burgos.*  
*S. Iosephi*, *Catharina Tolosana*, matrona pijsima, 1582.  
suo ære monasterium instituit ac dotauit: quæ ma-  
trona, cum filiabus quatuor, eodem in loco postea  
Deo se dicauit. Hactenus de virginum monaste-  
rijs, *B. TERESA* viuente, excitatis. Hoc ipso namq;  
anno mensis Octobris die quarto, qui *S. Francisco*  
est sacer, *Alba*, in regno Castellæ, pijsimè moriens 1582.  
ad vitam meliorem transijt, cum annos LXVII.  
menses VI. & dies VII. vixisset, annis viginti septem  
*Abula*, in monasterio *Incarnationis*, vt vocant;  
pòst verò, annis ipsis viginti, ad primæ regulæ nor-  
mam ac disciplinam, summâ austeritate, exactis.  
Ceterum historiam monasteriorum à se fundato-  
rum ipsa *B. TERESA* sermone Hispano conscripsit:  
cuius autographum *Scuriaci* ad *D. Laurentij* in  
bibliotheca regia adseruatur. Eius exemplar, hi-  
storiâ foundationis granatensis auctum à *M. Anna*  
*de Iesu*, vidimus *Bruxellis* manuscriptum: dignum  
sanè quod typis in publicam lucem proferatur,  
*Francisci Ribera & Didaci Iepesij* commentationi-  
bus illustrandis ac confirmandis.

Post *B. TERESÆ* obitum, *Olisipone* in Lusitania  
anno cld. ICLXXXIII. *Madriti & Oueis*, in regno  
Castel-

Castellæ; Corduba & Malaca in Andalusia; Pompeiopolis, in regno Navarra; Valentia, Casar Augusta, Medina riuicci, & alibi in Hispania; Roma item, Genua, & Neapoli, in Italia; & alia alibi plurima cœnobia sunt instituta.

*Alcala.*

Exstat & Compluti monasterium, à pietissima virgine *Maria de Iesu* excitatum: quæ eodem ipso anno ac mense, quo B. TERESA, mente diuinitus monita, cum Romanam peregrinationem nudis pedibus confecisset, cœnobij Discalceatarum monialium; ea in vrbe extruendi facultatem impetrauit, ibidemque piè in Domino exspirauit: vt in vita B. TERESÆ *Fr. Ribera* commemorat.

*Paris.*

1604.

In Galliam transeo. Principe nobilissima, *Catharina Aureliana*, N. Longæ-villæ Ducis filia, procurante, moniales sex Discalceatæ ex Hispania *Lutetiam Parisiorum* anno 1604. primùm venere: *Clemente VIII. Pont. Max. & Henrico IV. Galliarum Rege* adprobantibus. Fuere eæ, *M. Anna de Iesu, Anna à S. Bartholomæo*, olim B. Teresæ sodales, *Isabella de Angelis, Beatrix à Conceptione, Isabella à S. Paulo*, patriâ Antuerpiensis, & *Eleonora à S. Bernardo*. Tradita illis basilica *B. Virginis de Campis*, adiectaque mox ædificia, monasticis vsibus necessaria, liberalitate eiusdem Principis Longæ-villanæ. Priorissæ munus *M. Anna de Iesu* commissum est: plurimæq; virgines, genere & virtutibus nobiles, huic sese instituto paulò post addixerunt.

*Pontoyse.*

1605.

Mense Ianuario anni proximè sequentis *Pontoyse* in Normannia, septimo à Parisijs milliari, alterum in regno Galliarum monasterium est conditum, dotatumque à nobili matrona *Maria*, N. Baronis *Breautai* ( qui in celebri illo xxii. Brabantorum cum totidem Francis, apud Siluam-Ducis, Brabantiarum oppidum, certamine occubuit ) viduâ, post monialibus adsociatâ. Ædes cœnobio ædificando *Andreas Vallensis*, Doctor Theologus Parisiensis, patriâ Pontisarenensis, liberaliter adtribuit.

*Chronica  
nostra ad  
an. 1600.  
consule.*

Eodera

Eodem anno mense Septembri *Diuionem*, quæ *Digeon*, metropolis est Ducatus Burgundiæ. *M. Anna de Iesu* 1605. virgines aliquot velut in coloniam Lutetiâ deduxit: rogante & facultates suas omnes donante *Ioannâ N.* nobili virgine quæ & ipsa huic sacræ militiæ nomen postea dedit.

Anno clō. lōc. vi. *Ambianense* in Picardia cœ- *Amiens*. nobium ipso die Pentecostes est dedicatum: quod 1606. annis vectigalibus instruxit *Annâ Dosereau*, ex-calceatis itidem virginibus adgregata.

Anno eodem *Turonenses* has ipsas moniales ad *Tours*. se euocarunt. 1606.

Ad Belgas venio. ALBERTVS AVSTRIVS & ISABELLA CLARA EVGENIA, Senensis. Principes nostri, pro veteri suo in B. TERESIAM, eiusque familiam religiosam adfectu, *M. Annam de Iesu*, cum *Beatrice à Conceptione*, & *Eleonora à S. Bernardo*, alijsque virginibus quatuor, è Gallia euocatam, humanissimè exceperunt, & anno clō. lōc. vii. *Brusellis*, mensis Ianuarij die xxv. qui *S. Pauli* Apostoli con- 1607. uersioni anniuersarij ritu sacer est, iactis fundamentis, regium ipsi cœnobium, operâ *Vincentij Cobbergij*, Architecti & Pictoris Antuerpiani, magno sumptu *Bruxellis* excitarunt. Saxo fundamentis substrato hic titulus, rei apud posterōs testandæ, inscriptus:

ALBERTVS ET ELISABETHA

CLARA EVGENIA HISP. INFANS

DUCES BVRGVNDIÆ, LOTHARINGIÆ

BRABANTIÆ, LIMBURGI

LUXEMBURGI ET GELDRIÆ,

COMITES HABSVRGI, FLANDRIÆ,

ARTESIÆ, BVRGVNDIÆ, TIROLIS

PALATINI HANNONIÆ, HOLLANDIÆ

ZELANDIÆ, NAMVRCI ET ZYTFANIÆ

N

MAR-